



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Parallelia Geographiae Veteris Et Novae**

Parallelia Geographica Italiae Veteris Et Novae

**Briet, Philippe**

**Parisiis, 1649**

Nvm. 8. Aprutium Citerius.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13120**

NVM. 8. *Aprutium Citerius, l' Abruzzo Citra.*

CIVI-

T A.

TES

A-

PRV-

TII

CITE-

RIO-

RIS.

OPPI-

DA

&

TEATE: *Chieti*, edito in colle 7. millibus pass. à mari, olim dirutum à Pipino Caroli Magni patre, quod diutiùs stetisset à Longobardis, postea restauratum, & à Normannis selectum, ut hīc sedem ditionis suæ figurent. Nunc hīc degit utriusque Aprutij Prorex cum iuridico conuentu Regio.

LANCEANVM: *Lanciano*, ædificatum ex ruinis Anxani, Emporium celebre, & nundinis suis celebre mensibus Maio, & Augusto, ad quas confluunt Itali, Dalmatæ, Epirotæ, Græci mercatores.

SVLMO: *Sulmona*, *Solmona*, & *Sermona*, egregiè rigua, & populo frequens ciuitas. Eius vrbis Episcopus dicitur Valuenis, quia ager Sulmonensis appellatur Valuanus, & Valua, quam vocem ait ei inditam Blondus, cum vox Pelignorum intercidit; eius rationem reddit Leander ab angustiis per quas in eum aditus patet.

ORTONA, seu Ortonium: *Ortona à Mari*, portus ad quem appellunt naues ex Epiro soluentes ad nundinas Lanceani. Hīc ædes D. Thomæ, ubi seruari huius Sancti reliquias indigenæ perhibent.

BUCCELLVM: *Ciuita Burella*, vel *Borella*, corruptè pro *Bucella*, inter ciuitates recensetur, licet Episcopo careat, certè inter Episcopales regni huius non numeratur.

ATERNVM: *Pescara*, ad ostium fluuij cognominis oppidum, nunc cultum, & diues.

Francauilla: *Francauilla*, minutum oppidum, ubi aliqui Frentanum urbem antiquam male collocant.

Caramanicum: *Caramanero*, & *Caramanico*, nobile oppidum, & populo frequens.

Buchianicum: *Bocchianico*, Marchionatus nobilissimi caput.

Arca: *Archi*.

Turricula: *Toricella*.

Mons Dorisius: *Monte Doriso*, caput Comitatus.



M I-	Palictum: <i>Paglieta</i> , ita dictum quod hinc olim aratores cumulos paleæ relinquerent.
N O-	Fanum S. Boni: <i>San-Buono</i> , Principatus titulo insigne, Caracciolorum.
R A	GVASTVM AMONIVM: <i>Guafo di Amone</i> , caput Marchionatus; ubi ædes magnificæ, in quarum atrio os ex capite piscis instar trunci arboris: piscis ille ad hoc litus eiektus est, ait Leander.
L O-	Penna: <i>Penna</i> , non procul ab Asinella Fl. Colmessium: <i>Colle-Messo</i> .
C A	Ad D. Angelum Pescolanum: <i>Basclico</i> . AGNONIVM: <i>Agnone</i> , in intimâ valle prope M. Maiel-lam, oppidum cultum, & huius tractus princeps.
A.	PALENVM: <i>Palena</i> , in quâ voce Leander agnoscit reliquias nominis Pelignorum. Furca Palena: <i>Forca Palena</i> , vnde ortus Nicolaus Furca-nus Eremita, qui Romæ mortuus miraculis claruit.
P R V-	Ciuitas Luparella: <i>Ciuita Luparella</i> , oppidum frequens, munitum naturâ, & elegans. D. Maria quinque millium: <i>Rocca quinque Miglia</i> . Arx Rafini: <i>Rocca del Raffi</i> , castrum munitum. Scontronium: <i>Scontrone</i> .
T II	Castrum Saguineum: <i>Castro di Sangro</i> , locus sat munitus. Aufidena: <i>Alfidena</i> , vrbis antiqua, nunc pœnè deserta.
CITE-	Villa vallis Regiae: <i>la Villette</i> , locus peramœnus. Campus D. Pentini, aliter Pentinia: <i>Pentinia</i> , seu pen-tini, ubi vestigia antiqui Corfinij. Hic templum D. Pentino sacrum, & maximæ vrbis rudera, ut ait Lean-der.
RIO-	Anuersa: <i>Anuersa</i> , Comitatus caput. POPVLIVM: <i>Popolo</i> , laustum oppidum ubi Aternus pon-te iungitur. Sat munitum est, & creuisse videtur ex Corfinio destructo, ut Cluuerius arbitratur. Insigni-tum est Ducatus titulo, olim Cantelmorum.
R I S.	Moronum: <i>Il Morone</i> , viculus vnde dictus S. Cælestinus vulgo <i>S. Pierre de Moron</i> . Cœnobium S. Spiritus: <i>San-Spirito</i> , tribus à Sulmone millibus, ubi solitariam vitam egit S. Cælestinus.

Pratula: *Pratola*, vrbecula lauta in ditione cœnobij S. Spiritus.

MON-	<b>CABALLVS:</b> Monte Cauallo, videtur esse pars montis Maiellæ.
TES	
H V-	<b>MAYELLA:</b> Monte Maiella, Apennino adiacet, & mul-
IVS	tum excurrit, scilicet ab Apennini radice ad Fl. Ater-
R E-	nun, syluis obductus, vbi feræ quamplurimæ, & ma-
GIO-	ximi vrsi. Rupem huius montis incoluit S. Petrus
NIS.	Moronensis, dictus Cælestinus V. vnde Cælestini

dicti sunt Moronenses, & Maiellani.

FLV-	<b>Aternus:</b> <i>Pescara</i> , de quo suprà,
VII	<b>Lentus:</b> <i>Lenta</i> .
H V-	<b>Forus:</b> <i>Foro</i> .
IVS	<b>Morus:</b> <i>Moro</i> .
TRA-	<b>Feltrinus:</b> <i>Feltrino</i> .
CTVS.	<b>Sarus, seu Sanguineus:</b> <i>Sangro</i> , aliter <i>Sanguine</i> .

**Afinellus:** *Afinella*.  
**Trinius:** *Trigno*.

NVM. 9. Territorium Barianum, Terra di Bari.

CIVI-	<b>BARVLVM:</b> Barleta, olim tantum castrum vnum ex quatuor præcipuis Italiæ, à Friderico II. Imp. conditum anno 1242. vt quidam volunt, alij autem dunt taxat ex Canusij ruinis. Litus hoc infidum est, & nonnisi iactis molibus portus conseruatur. De variis eius Dominis vide Leandrum.
T A-	
TES	<b>TRANVM:</b> Trani, olim Traianum quia reparatum à Traiano, vnde vox recens contracta est. Eius arcem excitauit Frid. II. ager eius fertilissimus, portus fermè oblimatus, ipsa vrbis sensim deficit.
MA-	
RITI-	<b>VIGILIA:</b> Biseglia, ciuitas in præcelsis rupibus sita, cuius ager perferax: celebrantur Vuæ Vigilianæ saccaro conditæ. Item & Manna quod fluit semper ex officiis SS. Mauri, Sergij, & Pantaleonis.
M Æ	<b>MARFETTA</b> , aliter Motfita, & Melfata: nunc Molfetta, ciuitas minuta, sed elegans & diues.